



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres**

**Schevichavius, Gisbertus**

**Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.**

Cap. CXXIV. Svpervacanevm Tempvs spiritali lectioni tribuendum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42349**

interesse. Ecce talia, & his similia ministris altaris Domini contradicimus. De quibus ait Apostolus: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.

## CAP. CXXIV.

*SUPERVACANEVM TEMEVIS  
spirituali lectioni tribuen-  
dum.*

§. **Q**uod tempus diuinis officiis & necessariis superest negotiis libenter piæ lectioni impendant, audituri quid in ipsis loquatur Dominus Psalm. 84.  
*Affidius pre-* Timoth. 4. v. 13. Attende lectioni, exhortationi & doctrinae.  
*cator & le-* Quando legis, ait S. August. in Psalm. 85. Deus tibi loquitur. Deo fa-  
*militias.* §. De antiquissimo illo scriptore Origene presbyte-  
*Origenes vel* ro, cui cognomentum Adamantius ob nunquam fa-  
*studavit, vel* titabilem in scribendo legendoq; naturam ab inuin-  
*orauit.* cibili adamante inuenit. S. Hieron. epistola 18. ad Marcellam refert, nunquam cibum sine lectione sumpsisse, nunquam iniisse somnum, nisi unus è fratribus sacris litteris personaret, hoc diebus egisse & noctibus; ut & lectio orationem exciperet, & oratio lectionem. Quid nos, ait, ventris animalia, tale rursum fecimus? quos si vel secunda hora legentes inuenierit osci-  
*Sacra lectio. pamur.* tamus & manu faciem defricantes continemus stomachum, & quasi post multum la borem mundialibus rursum negotiis occu-  
*nis impedi-* nis. Pudet dicere frequentiam salutandi, qua aut ipsi ad alios per-  
*menta.* gimus, aut ad nos venientes ceteros expectamus. Deinde in verba: sermo teritur: lacerantur absentes: vita aliena describitur & mordentes inuicem consumimur ab inuicem Gal. 5. 15. Ista D. Hieronymus.

§. Hortatur itaq; Clericos S. Ambr. lib. 1. off. c. 10. Cur non illa tempora, quib. ab Ecclesia vacas lectioni impendas?

Cum non Christum reuicias, Christum alloquaris Christum audiias? Illum alloquimur, cum oramus, illum audimus cum diligimus oracula. Quid nobis cum alienis domibus? De S. Bernardo in ejus vita libr. 1. cap. 4. ita Guilhelmus Abbas, Feriatus à labore vel opere iugiter aut orabat, aut legebat, aut meditabatur.

§. His adde impios piam refugere lectionem, ut securius peccatis indormiant, ne sopita conscientia ewiglet, expendensque peccati grauitatem, mortis celentatem, diuinis iudiciorum severitatem, inferni acerbitas, sollicitet virgatque vitæ emendationem. Quia de causa & conciones, & meditationes & pia colloquia, & cum religiosis viris consuetudinem declinant. Sicut aspides surde obturantes aures suas, Psalm. 57. v. 5. Et Psalm. 35. vers. 4. Noluit intelligere, ut bene ageret. Job. 21. v. 14. Qui dixerunt Deo, Recede à nobis, & scientiam ntarum tuarum nolumus.

§. Quam verò salutaris sit tam probis quam improbis piorum spiritualiumque librorum lectio certa documenta proferamus. Ex legis libro diuinis lectis *Celestii ministrorum lectionarum* & suos Principes misit ad eonsulendum Do-  
minum, qui ei respondit per Holdam Prophetidem optimus De-  
4. Reg. 22. ver. 18. 19. 20. Regi autem Iuda, qui misit vos ut um vekemē-  
confuleret Dominum, sic dicit: Hac dicit Dominus Deus Is-  
rael: Pro eo quod audisti verba voluminis, & perterritum est  
cor tuum, & humiliatus es coram Domino, auditis sermonibus  
contra locum istum, & habitatores eius, quod videlicet fierent in  
superem & in maledictum: & scidisti vestimenta tua, & fle-  
xisti coram me, & ego audiui, ait Dominus: idcirco colligam te  
ad patres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuum in pace, ut non  
videant oculi tui omnia mala que inducturus sum super locum  
istum. Occasione sacrae lectionis diuino metu Rex  
percussus, conuersus, Numen reveritus & deprecatus,  
impendens evasit exitium.

§. Eu-

*Scripturale-  
etione & ex-  
ploratione  
Regius cubi-  
cularius con-  
ueritetur.*

§. Eunuchus Act. 8. ex sacra peregrinatione le-  
rosolymitana curru domum reuertens, & Ilaiam de  
Passione Domini cap. 53. toto non tam Vaticinum  
quam Euangelium scribente legens, doctusque à  
Philippo Diacono interpretationem, & in Christum  
fidem credidit, baptizatus est, & ingenti gaudio per-  
fusus. Cujus Libri Actuum Apostolicorum lectione  
illusterrima fœmina Domna Deorum sacrificiis præ-  
fecta ad fidem Christianam traducta & in ea pleni-  
us erudita vestes pretiosas, gemmas, thesauros paupe-  
ribus elargita, pro Christo sanguinem vitamque pro-  
fudit, vt habet Metaph. 26. Ianuarii. & Baron. Anno

293.

§. Egregia hujus lectionis sacrae utilitatem de-  
monstrantia & de aliis & de se promit exempla San-  
*Paulina le-  
ctus Augustinus libr. 8. Confess. cap. 6. Potitano Pan-  
zioni inha-  
lum Apostolum in mensa inuenienti & gratulatorie miran-  
tis S. Aug. rensi.  
S. Antonii pendere, ortus est sermo ipso narrante de Antonio Ægyptio  
gloria. Monacho, cuius nomen excellenter clarebat apud seruos tu-  
os, nos autem usque in illam horam latebat. Quod ille ubi com-  
Vita S. An- petit, immoratus est in eo sermone, insinuantum virum  
tonii stupori ignorantibus, & admirans eandem nostram ignorantiam.  
est B. Augu. Stupebamus autem audientes tam recenti memoria, & pro-  
priostris temporibus testatissima mirabilia tua in fide recta  
& Catholica Ecclesia. Pertendebat ille & loquebatur ad-  
huc & nos intenti tacebamus. Vnde incidit ut diceret, nescio  
quando se & tres alios contubernales suos, nimurum apud  
Treuiros, cum Imperator pomeridiano Circensium specta-  
culo teneretur, exiisse deambulatum in hortos muris conti-  
solitarii iuxta quos, atque illic ut forte combinati spaciabantur, vnum  
secum seorsum, & alios duos itidem seorsum pariterque di-  
gressos: sed illos vagabundos irruisse in quandam casam, vbi  
habitabant quidam serui tui, spiritu pauperes, qualium eff-  
regnam*

regnum cœlorum , & inuenisse ibi codicem in quo scripta Aulicus s.  
erat vita Antonii. Quam legere cœpit vñus eorum , & mirari, Antonii vi-  
& accendi, & inter legendum meditari arripere talem vitam, tam legendo  
& relictam militia seculari seruire tibi. Erat autem ex eis quos conuertitur.  
dicunt Agentes in rebus. Tunc subito repletus amore sancto  
& sobrio pudore, iratus sibi coniecit oculos in amicum, & ait  
illi; Dic quæso te, omnibus istis laboribus nostris quo ambimus  
peruenire? quid querimus? cuius rei causa militamus? Ma-  
iorne esse poterit spes nostra in palatio, quam vt amici impera-  
toris sumus? Et ibi quid non fragile, plenunque periculis?  
Et per quot pericula peruenitur ad grandius periculum? Et <sup>Aulica vita</sup>  
quamdiu istud erit? Amicus autem Dei si voluero, ecce nunc miseria &  
suo. Dixit hoc, & turbidus parturitione nouæ vita, reddi aurea com-  
dit oculos paginis, & legebat & mutabatur intus ubi tu vide-pedes.  
bas, & exuebatur mundo mens eius, vt mox apparuit. Nam-  
que dum legit & voluit fluctus cordis sui, infremuit aliquando  
& discrevit, decrevitque meliora: iamque tuus ait amico  
suo. Ego iam abrupi me ab illa spe nostra, & Deo seruire sta-  
tui, & hoc ex hora hac, in hoc loco aggredior. Te si piget <sup>Rumpe mo-</sup>  
imitari, noli aduersari. Respondit ille, adhærere se socio tan- <sup>ras omnes,</sup>  
temcedu tantaque militiae. Et ambo iam-tui adificabant ferre paratis.  
turim sumptu idoneo relinquendi omnia sua & sequendite. <sup>Luc. 14. v.</sup>  
Et ambo habebant sponsas. Que posteaquam hoc audierunt, <sup>28.</sup>  
dixerunt etiam ipsa Virginitatem tibi.

§. Quantum autem eiusmodi commemoratione  
ad saniores vitam sectandam permotus fuerit, ipse-  
met D. Augustinus statim capite septimo subjungit:  
Narrabat, ait, hec Potitianus: Tu autem DOMINE Contraria  
inter verba eius retorquebas me ad meipsum auferens me à iuxta se po-  
dorso meo vbi me posueram, dum nollem me attendere, & sita magis  
confitebas me ante faciem meam, vt viderem quam turpis <sup>elucescunt.</sup>  
essem, quam distortus & sordidus, maculosus & ulcerosus. Et <sup>Conscientia</sup>  
ridebam & horrebam, & quo à mesfugerem non erat. Et si co-  
mentem ex-  
tabay à me auertere affectum, narrabat ille quod narrabat: agitat.  
& tu

*Amans vir  
tus ofor vi-  
ii.*

& tu me rursus opponebas mihi, & impingebas me in oculos meos, vt inuenirem iniquitatem meam & odissem. Nonram eam, sed dissimulabam & connuebam & obliuiscebar. Tunc verò quanto ardenter amabam illos, de quibus audiebam salubres affectus, quod se totos tibi sanandos dederant, tanto execrabilius me comparatum eis oderam. Et ita rodebar intus, & confundebar pudore horribili vehementer, cum Potitianus talibatur. Terminato autem sermone & causa qua venerat, abiit ille. Et ego ad me, que non in me dixi? Quibus sententiarum verberibus non flagellari animam meam, vt sequeretur me repugnat laconantem post te ire? Et renitebatur, recusabat, & non sexigebat. Consumpta erant & conuicta argumenta omnia, remanserat muta trepidatio, & quasi mortem reformidabat strangi à fluxu consuetudinis quo tabescerat in mortem.

§. Et addit cap. 8. Tum in illa grandis rixa interioris domus mee, quam fortiter excitaueram cum anima mea in cubulo nostro corde meo, tam vultu quam mente turbatus, inuidio ipsum, & exclamo, Quid patimur? quid est hoc? quid audiisti? Surgunt indocti & cœlum rapiunt, & nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce rhi volcamur in carne & sanguine? An quia præcesserunt, puder sequi, & non puder nec saltum sequi?

§. Quod verò ipse lectio S. Pauli prorsus & medullitus conuersus fuerit, recenset in eodem libr. 8.c. 12. Vbi à fundo arcano alta consideratio contraxit & congregatam misericordiam meam in conspectum cordis mei oborta est procella ingens ferens ingentem imbreum lachrymarum. Et subquædam fici arbore stravi me. Et ecce audio vocem de vicina domum cantu dicentis & crebro repetentis quasi pueri an pueri nescio. Tolle lege, tolle lege. Statimq. mutato vultu intentissime cogitare coepi, utrum nam solerent pueri in aliquo genere ludendi cantitare tale aliquid, nec occurrebat omnino audiuisse ruspiam. Repressoq. impetu lachrymarum surrexi, nihil aliud interpretans diuinitus mihi iubet, nisi vt aperirem codicem & legerem quod primum caput inuenisssem. Audieram enim de Antonio

Antonio, quod ex Euangelica lectione, cui forte superuenerat, admonitus fuerit tanquam sibi diceretur quod legebatur; Vade, vende omnia que habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelis, & veni sequere me, & tali oraculo confessim ad te esse conuersum. Itaq; concitus redii ad eum locum, vbi sedebat alipius; ibi enim posueram codicem Apostoli: cum inde surrexeram. Arripui, aperui, & legi in silentio capitulum, quo primum coniecti sunt oculi mei. Non in commessationicus & ebrietatis, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & emulatione, sed induite Dominum Iesum Christum, & carnis prouidentiam ne feceritis in concupiscentiis. Nec ultra volui logere, nec opus erat. Statim quippe cum sine huiusc sententia quaelibet securitatis infusa cordi meo omnis dubitationis tenebre dissipauerunt. Conuertisti enim ita me ad te, vt nec vxorem quererem, nec aliquam spem seculi huius. Ita pia lectione maximum Ecclesiae Doctorem creauit.

§. S. Chrysanthus cum omne scriptorum genus diligenter conquireret, incidit in libros Euangeliorum, quibus accuratè perlectis, & à S. Carpophoro expositis, susceptam religionem Christianam martyrio decorauit. Ita in ejus vita Metaph. & Surius cap. 2. Octobr. 25. S. Dominicus miro progressus in virtute fecit collationum S. Patrum lectione, vt & B. P. N. Ignatius vitam Christi & Sanctorum prouolutando, religiosi Ordinis institutor effectus est. Petr.

Ribad. libro 1. cap. 2. vitae  
ejus.

48 (\*\*) 90